De dualis usu, qualis apud Libanium, Themistium, Iulianum, Himerium fuerit

---

Dissertatio inauguralis philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

ad summos in philosophia honores

in Universitate Friderica Guilelma Silesiaca

rite impetrandos

die XIII mensis Octobris anni MCMXIII hora XI et dimidia

una cum thesibus in Aula Musica

publice defendet

Georgius Pohl

Silesius

Adversarii erunt:

Dr. phil. **C. Eistert**

Dr. phil. **B. Jaekel**

Vratislaviae 1913

Typis Graß, Barth & Comp. (W. Friedrich)

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Ricardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die 29 mensis Januari
anni MCMXIII.

Ricardo Foerster

S.

Conspectus libelli.

Auctor dualis numeri perscrutandi fuit Guilelmus de Humboldt, qui exposuit commentatione „Über den Dualis" (Abhandl. d. Berl. Akad. 1827, pag. 161—187), quid hoc numero significetur et quae gentes exempla eius retinuerint. Qua dissertatione permoti postea complures viri doctissimi disputaverunt de dualis usu, qualis apud Graecos fuerit. Scripserunt enim G. Blackert „de vi usuque dualis numeri apud Graecos" (Cassel 1837, Marburg 1838), Ohler („Über den Gebrauch des Dual bei Homer", Mainz 1884), F. Illek („Der Dual bei Hesiod" in Zeitschr. f. d. österreich. Gymnas. 1888 pag. 97 sqq.). Quo modo Homerus usurpet dualem temporum praeteritorum, exposuit Arthur Platt („Duals in Homer" in The Journal of philology vol. XXIII, 46 pag. 205—210). Atticum quinto quartoque saeculo ante Chr. n. usum dualis illustraverunt A. Roeper („de dualis usu Platonico", Gedani 1878), Steph. Keck („Der Dual bei den Rednern mit Berücksichtigung der Attischen Inschriften", Würzburg 1882), E. Hasse (Über den Dual bei Xenophon und Thucydides", Bartenstein 1889, et „Über den Dual bei den attischen Dramatikern", ibidem 1891). Iam antea disseruerant A. Bieber „de duali numero apud epicos, lyricos, Atticos" (Ienae 1864) et F. Zander „de vocabuli δύο usu Homerico Hesiodeoque et Attico" (Königsberg 1834. 1845). Usus dualis, qualis fuerit in inscriptionibus Atticis, apparet e libro Meisterhansii, qui inscribitur „Grammatik der att. Inschriften"[1]). Omnes formas duales, quae exstant in operibus scriptorum Atticorum, affert E. Hasse („Der Dualis im Attischen", Hannover-Leipzig 1893). In scriptis quoque, quae feruntur Hippocratis, dualem inveniri, cognoscitur e commentatione, quam scripsit Diels in Sitzungsber. d. Königl. Preuß. Akad. d. Wissensch. 1910 pag. 1140 sqq. („Über einen neuen Versuch, die Echtheit einiger Hippokratischen Schriften nachzuweisen"). At Herodotus abhorret a dualis usu, si excipis duos locos, quibus iam Bredovius (de dialecto Herodotea pag. 279) pro forma δυοῖν et duali ponit

[1]) Pagg. 95 sq., 103, 108, 161 sqq.

δυῶν et pluralem. Qui usus dualis fuerit reliquorum extra dialectum Atticam scriptorum, demonstravit P. Doerwald dissertatione, quae inscribitur „de duali numero in dialectis Aeolicis et Doricis quae dicuntur“, Rostochii 1881[1]). Smythius quoque de duali numero egit in „Sounds and inflections of the Greek Dialects“ (Oxford 1894). Denique librum, quem scripsit Cuny „le nombre duel en Grec“, (Paris 1906), quamquam auctor tantum comprehendit maxima e parte ea, quae illi viri invenerant, tamen laudandum esse puto propterea quod eos quoque locos enumeravit, quibus scriptores pluralem pro duali posuerunt.

Post aetatem Alexandri Magni usus dualis numeri paulatim exolevit, at scriptores, qui dicuntur ἀττικισταί, orationem a vulgari ad Attici sermonis sinceritatem reflectere studentes eum rursus saepius adhibuerunt. Quibus temporibus quaenam vis dualis fuerit, enarrat H. Schmidt dissertatione, quam scripsit „de duali Graecorum et emoriente et reviviscente“ (in Breslauer Philol. Abhandl. VI, 4). Praeterea Guilelmus Schmid in libro, qui inscribitur „Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius von Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus“ (Stuttgart 1887—97), enumerat formas duales, quae exstant apud Dionem Chrysostomum, Lucianum, Aristidem, Aelianum, Philostratum Minorem. Accuratius illustraverunt dualis apud Lucianum usum E. Hasse quaestiuncula, quae inscribitur „Über den Dualis bei Lukianos (Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. vol. 147, pag. 681 sqq.), apud Flavium Iosephum W. Schmidt („De Flavii Iosephi elocutione observationes criticae“ in „Jahrb. f. class. Philol.“ Suppl. 20 pag. 341 sqq.). Denique Alex. Weiske egit de usu nominis numeralis δύο (in „Festschrift zur 200jaehr. Jubelfeier der vereinigten Friedrichs-Universitaet Halle-Wittenberg“ pag. 17 sqq., Halle 1894).

Quibus e commentationibus apparet dualem numerum neque omnibus temporibus neque in omnibus dialectis pariter usitatum esse. Nam apud Aeoles et Iones aetate posthomerica nulla exempla dualis numeri exstant[2]), apud Dores perpauca. Plurimae formae inveniuntur in dialecto Attica, atque ei auctores, qui ante annum quadringentesimum ante Chr. natum scripserunt excepto Thucydide numero formarum longe superant eos, qui postea fuerunt. Usus dualis,

[1]) Dualem in dialecto Cypria exstare apparet e titulo, quem nuper edidit Meister (Sitzungsber. d. Kgl. Preuß. Akad. d. Wiss., Oct. 1907 pag. 160).

[2]) Vide Smyth l. c. pagg. 334, 461.

quamquam sequentibus saeculis magnopere imminutus est, tamen nunquam omnino in operibus scriptorum evanescit. Iam primo post Chr. natum saeculo hic numerus ab auctoribus, qui linguam Atticam imitantur, in vitam revocatur, id quod Otto Seeck neglexit, cum dixit[1]: „*Es ist charakteristisch dafür, daß bei Libanius, d. h. im 4. Jahrhundert n. Chr. wieder der Dual auftaucht, eine grammatische Form, die schon im 3. Jahrhundert v. Chr. in der Sprache des Lebens abgestorben war.*" Immo H. Schmidt[2]) demonstravit iam post aetatem Augusti dualis usum ita crescere, ut apud Dionem Chrysostomum pro centenis paginis exstent 6, 4 formae duales et nominum et verborum. Scriptores quoque, qui fuerunt tertio post Chr. natum saeculo, huius numeri studiosi sunt[3]: duales nominum omnium declinationum et verborum III. pers. legimus apud Aristidem, Aelianum, Philostratum Minorem. Articulum ταῖν praebent Aristides, Philostratus, vitat Aelianus.

Quoniam his dissertationibus, qualis fuerit dualis usus ab antiquissimis temporibus usque ad tempora Philostrati Minoris (III. post Chr. natum saec.), cognovimus, nonne est nobis quaerendum, qua ratione sophistae, qui fuerunt quarto post Chr. natum saeculo, Libanius, Themistius, Iulianus, Himerius eum usurpaverint? Cum magnopere se dederint studiis operum Atticorum, non est mirandum quod dualem apud Atticos frequentissimum adhibent. Quaecumque de dualis usu in operibus horum sophistarum indagare potui, hac commentatione congessi. Sed praetermisi opera a viris doctis ab his auctoribus abiudicata.

Libani epistularum spuriae sunt hae, ut exposuit R. Foerster[4]): 80. 1066. 1108. 1156. 1188. 1204. 1205. 1220. 1558—74; operum a Reiskio editorum haec sunt adscribenda Nicolao[4]): θέσις εἰ τειχιστέον τὰς πόλεις (vol. IV p. 1134 ed. R.), θέσις εἰ πλευστέον (1135), κατηγορία νόμου τοῦ κελεύοντος τὰς τῶν ἀδελφῶν κτλ. (1137), ἐκφράσεις Τυχαίου (1113), Παλλάδος (1114), Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους (1119), Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου (1120); praeterea Libanio abiudicandae sunt, quarum auctores non novimus, ἐκφράσεις θήρας (1064), ταῶνος (1073), Ἡρακλέους ἑστῶτος ἐν τῇ λεοντῇ (1066), κήπου (1077), λιμένος (1078), πολέμου (1080), λέοντος (1081), Ἡρακλέους καὶ Ἀνταίου (1082).

---

[1]) Seeck: Der antike Brief (Deutsche Rundschau, Okt. 1907 pag. 160).

[2]) Vide H. Schmidt l. c. pagg. 44, 50.

[3]) Vide Schmid l. c. II, 35; III, 47; IV, 43.

[4]) R. Foerster, Fleck. Jahrb. 1876, p. 209 sqq., 491 sqq., 633 sqq.

ἑτέρα τῶν αὐτῶν (1083), Ἥρας (1086), Αἴαντος vel Τρῳάδος ἀπεστραμμένης (1091), Τρῳάδος ἀπεστραμμένης altera (1093), Χιμαίρας (1095); ἠθοποιίαι τίνας ἂν εἴποι ζωγράφος λόγους κτλ. (1097), τίνας ἂν εἴποι λόγους εὐνοῦχος ἐρῶν (1096). Tum nuper Foerster[1]) demonstravit non esse Libani declamationes, quae inscribuntur Ὑπερείδης (vol. VI p. 244—262 ed. F.), νόμος τὸν ἄνδρα τὴν προῖκα τῆς μοιχευθείσης ἀποκερδαίνειν κτλ. (vol. VII p. 324—366 F), νόμος ἦν μετὰ τοῦ τυράννου καὶ τοὺς παῖδας ἀποσφάττεσθαι κτλ. (VII 437—474), τὰς πλείους ψήφους κρατεῖν νόμος ἐκέλευεν κτλ. (VII 526—543), διέσωσέ τις ἐμπρησμοῦ γενομένου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα κτλ. (VII 647—699), μονῳδία φιλαργύρου (VII 729—736). Denique declamationum, quae inscribuntur ἡ μελέτη Πατρόκλου (vol. IV 88—111 R.), ῥήτορος λόγος (512—539), πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ παῖδα ἀποσφάξαντος ἀπολογία (771—797), auctorem esse Choricium, non Libanium Georgius Pietsch[2]) confirmavit. Perscrutati autem sumus ea scripta Libaniana, quae suspecta habenda sunt[3]): Δημοσθένους ἀπολογία (vol. VI 374—434 F); ἐκφράσεις Πολυξένης σφαττομένης (vol. IV 1088 R), Ἡρακλέους (1068), Μηδείας (1090), Προμηθέως (1116); epistulae 1224. 1226. 1227. 1575—79. Neque curavimus has epistulas Iuliano falso attributas, ut exposuerunt W. Schwarz[4]) et F. Cumont[5]): 1. 8. 18. 19. 24. 25. 34. 40. 41. 53. 54. 60. 61. 66. 67. 72. 73. 75.

Usus sum Libani editionibus Foersteriana, quatenus in lucem prodiit, quae continet orationes et declamationes I—LI[6]) (attuli orationum vel declamationum numeros et paragraphos; voluminum, paginarum, linearum numeros), epistularum Wolfiana[7]) (attuli epistularum et linearum numeros), ceterorum operum Reiskiana[8]) (attuli voluminis, paginarum, linearum numeros), Foersteriana fragmentorum e Doxapatris ad Hermogenem commentariis[9]) (attuli paginarum et linearum numeros).

---

[1]) Lib. opp. vol. VI p. 240 F; VII 318 sq.; 431 sq.; 522; 640 sq.; 727.

[2]) De Choricio Patrocli declamationis auctore, Bresl. Phil. Abh. fasc. 42, 1910. Conf. Lib. vol. V p. 361 F.

[3]) Lib. opp. vol. VI p. 370 sq. F.

[4]) Schwarz, de vita et scriptis Iuliani imper., diss. 1888, p. 22 sq.; Philologus 51, p. 623 sqq.

[5]) Cumont, sur authenticité de quelques lettres de Julien, Gand 1889.

[6]) Vol. I—VII.

[7]) Amstelaedami 1738.

[8]) Altenburgi, vol. IV 1797.

[9]) Mélanges Graux, p. 629—39.

Perscrutati sumus Iuliani editionem Hertleinianam[1], fragmenta, quae edidit F. Cumont[2], epistulas, quas repperit Papadopoulus in codice bibliothecae scholae Chalcenae anno MDCCCLXXXIV et edidit Mus. Rhen. tom. XLII, p. 20 sqq. (attuli orationum vel epistularum numeros et paragraphos; voluminum, paginarum linearum numeros), Themisti orationum editionem Dindorfianam[3], paraphraseon Aristotelis analyticorum posteriorum Walliesianam[4], in physica Schenkelianam[5], librorum de anima Heinzianam[6], reliquorum Spengelianam[7], Himeri editionem Duebnerianam[8], fragmenta, quae edidit H. Schenkl[9]. Attuli orationum numeros et paragraphos; paraphraseon titulos et paragraphos; voluminum, paginarum, linearum numeros.

Divisimus commentationem in duas partes atque ita, ut primum agamus de formis dualibus ab illis scriptoribus usurpatis, deinde disputemus, quasnam leges in duali numero adhibendo observaverint.

In singulis capitibus eum ordinem sequamur, qui efficitur ambitu operum; unde apparet tenere primum locum Libanium, secundum Themistium, tertium Iulianum, extremum Himerium. Pauca addenda sunt de Themisti paraphrasibus: multos enim locos ad verbum ex Aristotele deprompsit, quos in adnotationibus tantum prioris partis enumeravimus, quod ad dualis usum apud Themistium constituendum nihil faciunt[10].

Iam ad res ipsas accedamus.

---

1) Lipsiae vol. I, 1875; II, 1876.

2) Revue de philologie tom. XVI, 1892, pag. 161 sqq. Primum fragmentum esse Libanianum (= ἠθοποιία τίνας ἂν εἴποι λόγους πόρνη σωφρονήσασα: IV 1044 R) docuit R. Foerster (Mus. Rhen. tom. XLIX p. 168).

3) Lips. 1832.

4) Berolini 1900.

5) Berolini 1900.

6) Berolini 1899.

7) Lips. 1866.

8) Paris 1849.

9) Hermes tom. XLVI p. 414 sqq.

10) Excipiuntur nonnulla exempla, quae in altera tantum parte memoranda sunt: haec enim afferimus, ut demonstremus, quatenus Themistius ex Aristotele pendeat non solum in duali usurpando, sed etiam in plurali vel singulari pro duali ponendo.

Pars prior.

I. De formis dualibus nominum.

A. De duali substantivorum, adiectivorum, participiorum.

1. **Formae in -α** desinentes, quae ab Atticis perraro, sequentibus temporibus nunquam adhibentur, his locis exstant:

apud **Libanium:**

nom. subst. masc. gen.: σοφιστά: or. I 38; I 102, 14 F.

acc. subst. masc. gen.: σοφιστά: or. I 18; I 91, 4 F.

ποιητά: decl. I 71; V 53, 13 F.

apud **Themistium:**

nom. subst. masc. gen.[1]): ἐραστά: or. XIII 167c; 205, 24.

apud **Iulianum:**

nom. subst. fem. gen.: ἰδέα: or. III 114 C; I 147, 2.

apud **Himerium** exempla non invenimus.

Desunt formae duales adiectivorum atque participiorum.

Terminationis -αιν, quae e tertio paene ante Chr. n. saeculo evanuit, sophistae his exemplis usi sunt:

Libanius:

gen. subst. fem. gen.: ἀγκύραιν: ep. 223, 13: quae verba locutionem proverbialem esse nuper exposuit E. Salzmann commentatione, quae inscribitur „Sprichwoerter u. sprichwoertl. Redensarten bei Libanius" (Tub. 1910, p. 56).

ἀθυμίαιν: decl. XXXV 4; VII 186, 23 F.

ἐπιθυμίαιν: or. I 14; I 88, 16 F.

ἡμέραιν: decl. XXVI 41; VI 536, 16 F.

Ἠπειρώταιν: ep. 1379, 10.

θεαῖν: or. V 8; I 307, 11 F. Mél. Gr. 637, 57. 638, 64.

παραμυθίαιν: ep. 1148, 20.

---

[1]) In or. 231, 12 invenimus formam αἰχμητά, quam libavit ex Il. II 281.

dat. subst. fem. gen.:
ἀπάταιν: decl. I 104; V 72, 2 F.
ἀρχαῖν: or. LXIII 31; IV 399, 18 F.
οἰκίαιν: decl. I 137; V 92, 1 F.
ποιηταῖν: ep. 79, 7.
gen. adi. fem. gen.: μεγίσταιν: or. XVIII 46; II 256, 12 F.
dat. adi. fem. gen.: γνωριμωτάταιν: decl. I 137. V 92, 1 F.
gen. part. fem. gen.: μαχομέναιν: or. I 14; I 88, 16 F.

Themistius:
gen. subst. masc. gen.: κυβερνήταιν: or. XV 194d; 239, 1.
fem. gen.: θεαῖν: or. XXVII 332b; 400, 21.

Iulianus:
gen. subst. fem. gen.:
ἀρχαῖν: or. V 162 A; I 210, 9.
ζημίαιν: mis. 350 A; II 451, 15.
ἡμέραιν: or. VI 203 C; I 263, 13.
μναῖν: or. VI 195 D; I 253, 17.
Non invenitur dualis adi. et part.

Himerius formas in -αιν non adhibuit.

2. Longe crebrior est usus **formarum dualium a nominibus II. decl. derivatarum**, quae semper frequentissime usurpatae sunt, velut multa exempla praebent scriptores Attici, Theophrastus, Dio Chrysostomus, Aelianus, Aristides, Plutarchus, Lucianus.

E Libanio affero has **formas in** -ω:
nom. subst. masc. gen.:
ἀδελφώ: or. XLII, 27; III 320, 22 F.
ἑταίρω: ep. 1496, 5.
κανθάρω; ep 89, 12.
νεανίσκω: ep. 662, 2. 1337, 1.
acc. subst. masc. gen.[1]):
λόγω: ep. 188, 11. 286, 1 (bis).
νεανίσκω: ep. 1523, 15[2]).
ὀφθαλμώ: or. I 272; I 199, 14 F. decl. XIX 15: VI 273, 10 F. XXVII 6; VI 554, 1 F. XXXIII 27; VII 94, 4 F. ep. 423, 3. 968, 13.

---

1) Ex Aristoph. Ran. 141 libavit verba δύ' ὀβολώ bis: decl. XXXII 15: VII 49, 7 F. XXXII 16; VII 50, 11 F.

2) Probo coniecturam Wolfii μέλλοντε τὼ νεανίσκω, quia verba codice Vaticano gr. 83 tradita μέλλον τε τῶν νεανίσκων sensu carent.

nom. adi. masc. gen.:

ἀγαθώ: or. XLI, 14; III 301, 10 F.
ἀξίω: ep. 541, 2. 1479, 2.
ἀπείρω: ep. 1362. 5.
βελτίστω: ep. 1362, 4.
γενναίω: ep. 662. 2.
γυμνώ: or. I 170; I 162, 18 F.
δικαίω: or. XLI 14; III 301, 10 F.
καλώ: or. XLI 14; III 301, 9 F.
κρείττω: ep. 1496, 3 [1]).
κυρίω: or. XXII, 24; II 485, 1 F.
λαμπρώ: ep. 382, 9.
μετεώρω: or. I 170; I 162, 18 F.
νέω: or. I 66; I 115, 8 F. I 170; I 162, 18 F.
ὁμωνύμω: or. LXII 29; IV 361, 5 F.
πράω: or. XLI 14; III 301, 10 F.
φαυλοτέρω: decl. I 160; V 107, 1 F.
φίλω: or. XVI 16; II 166, 11 F. ep. 1157, 15.
φρονίμω: or. XLI 14; III 301, 10 F.
χρηστώ: or. XLII 27; III 320, 22 F. ep. 1362, 5. 1479, 2.

neutr. gen.:

μεθημερινώ: or. I 143; I 152, 1 F.
πολλώ: or. XXV 1; II 538, 2 F.

acc. adi. masc. gen.:

ἀγαθώ: or. XXXIX 15; III 273, 4 F.
δαιμονίω: or. XIV 32; II 99, 10 F.
κακώ: ep. 188, 12.
καλώ: or. XXXIX 15; III 273, 4 F. ep. 188, 11.
κληρονόμω: decl. XLVII 10; VII 588, 2 F.
μισθωτώ: or. I 85; I 125, 6 F.
ὅλω: ep. 286, 1.

nom. part. masc. gen. praes.[2]): τιμωμένω: ep. 751, 18.
aor. I: ἀψαμένω: decl. I 160; V 107, 2 F.
aor. II: γενομένω: ep. 662, 2.
perf.: ἠρτημένω: ep. 1239, 49.
κεχαρισμένω: or. I 66; I 115, 9 F.

acc. part. masc. gen. perf.: πεπαιδευμένω: or. XXXIX, 15; III 273, 4 F.

[1]) Epistula tradita est uno tantum codice (Vat. 83) praebente lectionem κρείττω, quam derivatam esse puto a plur. κρείττους pariter ac dualem εὔνω ab εὔνους vel πειθώ a πειθώ (cf. pag. 18) vel similes formas. Dignum est, quod commemoretur hanc formam constructam esse cum dualibus ἑταίρω, ἐπιστήμονε, δείξαντε.

[2]) Ex Il. K 224 hausit locutionem σύν τε δύ' ἐρχομένω, quam praebet bis, non semel, ut Salzmann (l. c. pag. 70) falso adnotavit: ep. 258, 14. 1113, 18.

Themistius his exemplis utitur:
nom. subst. masc. gen.:
Ἀντωνίνω: or. V 63d; 76, 2.
ὀφθαλμώ: or. I 17c; 19, 24. XIII 177d; 218, 7. XXII 267a; 325, 28.
ταύρω: or. XXII 278d; 337, 27.
acc. subst. masc. gen.[1]):
Διοσκόρω: or. XXI 253d; 308, 28.
ὀφθαλμώ; or. VIII 117d; 140. 10. XI 152b; 180, 30. XIII 165d; 203, 14. XX 240d; 295, 11. XXVIII 342d, 414, 6.
nom. adi. masc. gen.:
εὐστοχωτάτω: or. XV 187d; 231, 11.
ἱππικωτάτω: or. XV 187d; 231, 11.
ξυννόμω: or. XXII 278d; 337, 27.
σμικρώ: or. XIII 177d; 218, 7.
σοφώ: or. XI 151a; 179, 17.
φίλω: or. XXII 278d; 337, 28.
nom. part. masc. gen. praes.:
ἁμιλλωμένω: or. XV 197a; 241, 19.
ἀπολυομένω: or. XXI 246c; 300, 1.
στρατευομένω: or. XIII 179d; 220, 24.
perf.: πεφραγμένω: or. XV 197a; 241, 17.

Apud **Iulianum** exstant haec exempla:
nom. subst. masc. gen.: ἀδελφώ: ep. ad Ath. 270C; I 348, 27.
πάππω: or. II 51 C; I 65, 2.
acc. subst. masc. gen.: Μαξιμιανώ: conv. 315 A; I 404, 23.
nom. adi. masc. gen.: ἀξίω: or. I 7 A; I 8, 3.
fem. gen.: χρυσοθρόνω: conv. 307 D; I 395, 17.
acc. adi. masc. gen.: ἐχθίστω: conv. 329 A; I 422, 13.
acc. part.[2]) masc. gen. aor. II: γενομένω: or. I 7 A; I 8, 3. VII 214 A; I 277, 13.

Himeri quoque opera tres formas praebent:
acc. subst. masc. gen.: λόγω: or. XIV 28; 77, 33.
acc. adi. masc. gen.: βοηθώ: or. XXI 10; 89, 6.
nom. part. masc. gen. aor. I: ἐνεγκαμένω: or. XXI 10; 89, 8.

---

[1]) Subst. ξυμβούλω legimus in paraphr. π. ψυχ. III 5; 106, 21, quem locum libavit ad verbum e Plat. Tim. 69d.

[2]) De verbis σύν τε δύ' ἐρχομένω (in ep. 74, 454B; II 596, 16) velim conferas ea, quae dixi pag. 8 adn. 2.

Etiam plures sunt **formae in -οιν (II. decl.) desinentes.** Atque apud **Libanium** occurrunt nobis haec nomina:

gen. subst. masc. gen.:

ἀδελφοῖν: or. XIX 15; II 391, 5 F. XX 25; II 433, 1 F. XXIV 10; II 518, 16 F. XXVIII 22; III 56, 14 F. XXX 7; III 91, 5 F. ep. 938, 6. 29. 1080, 24.

ἄρτοιν: or. XXVII 14; III 30, 1 F. XLII 26; III 320, 11 F.

βίοιν: decl. XV 32; VI 134, 17 F.

Διοσκόροιν: or. V 53; I 320, 13 F.

θανάτοιν: or. I 184; I 167, 16 F.

θεοῖν: ep. 711, 10.

λόγοιν: ep. 534. 7. 640, 10.

μηροῖν: IV 1088, 21 R. 1089, 19.

νεανίσκοιν: ep. 148, 9.

ὀβολοῖν: decl. XXXII 16; VII 50, 3 F.

ὀφθαλμοῖν: or. I 199; I 173, 4 F. I 281; I 204, 12 F. ep. 959, 3.

σκοπέλοιν: ep. 564, 18.

στρατηγοῖν: or. XL 16; III 286, 18 F.

τροχοῖν: IV 1049, 21 R.

ὤμοιν: or. XXVIII 6; III 50, 4 F.

fem. gen.: ψήφοιν: or. I 1; I 79, 6 F.

neutr. gen.:

ἀνδραπόδοιν: IV 880, 18 R.

βλεφάροιν: or. I 93; I 129, 7 F.

γραϊδίοιν: ep. 1424, 5.

δακτυλίοιν: ep. 1223, 12.

προσώποιν: or. LIX προθ.; IV 208, 5 F.

πτεροῖν: IV 1118, 31 R.

ῥείθροιν: or. XI 203; I 507, 3 F. XVIII 247; II 343, 14 F.

χωρίοιν: or. V 30; I 313, 14 F.

dat. subst. masc. gen.:

Διοσκόροιν: ep. 1292, 12.

νεανίσκοιν: ep. 1362, 7.

νεκροῖν: or. I 245; I 189, 14 F.

neutr. gen:

γυναίοιν: or. I 98; I 131, 11 F.

σφυροῖν: ep. 1074, 18.

gen. adi. masc. gen.: ἀγαθοῖν: or. I 12; I 87, 5 F.

θείοιν: or. I 12; I 87, 6 F. I 13; I 87, 13 F. X 9; I 403, 24 F.

νέοιν: ep. 749, 7.

φίλοιν: ep. 843, 4.

neutr. gen.:

ἀκυμάντοιν: or. LX 6; IV 315, 8 F.

ἀξίοιν: or. V 30; I 313, 13 F.

κακοῖν: or. I 104; I 134, 7 F. decl. VI 21; V 387, 8 F; X 12; V 491, 6 F.

μόνοιν: or. I 208; I 176, 13 F.
μεγίστοιν: or. LIX 73; IV 244, 14 F.
dat. adi. masc. gen.:
ἀρίστοιν: ep. 1326, 5.
νέοιν: or. I 169; I 162, 15 F.
neutr. gen.: ἐναντίοιν: or. XXXI 12; III 130, 13 F.
gen. part. masc. gen. praes.: πολιτευομένοιν: or. XXVIII 8: III 50, 13 F.
neutr. gen. perf.: ὑποκειμένοιν: or. LIX προθ.; IV 208, 4 F.

Themisti orationes has formas praebent:
gen. subst. masc. gen.:
λόγοιν: or. VIII 106a; 126, 32. ὀφθαλμοῖν: or. VIII 111d; 133, 24. XIII 172d; 211, 31. XXII 265d; 324, 18.
λόφοιν: or. XXII 280c; 339, 30.
ὀβολοῖν: or. VIII 118d; 141, 21.
φιλοσόφοιν: or. XXIV 309a; 372, 18.
fem. gen: ὁδοῖν: or. XXII 277c; 336, 20.
dat. subst. masc. gen.: ὀφθαλμοῖν: or. II 29b; 34, 20.
gen. adi. masc. gen.: ἐνδοξοτάτοιν: or. XIX 233c; 284, 6.
κορυφαίοιν: or. VII 92c; 110, 16.
dat. adi. masc. gen.:
ἀγαθοῖν: or. XIII 165c; 202, 30. ἰθυδίκοιν: or. XIII 177c; 217, 26.
ἀρτίοιν: or. VI 75d; 90, 18. ὁλοκλήροιν: or. VI 75d; 90, 18.
διίοιν: or. XIII 165c; 202, 31.
gen. part. neutr. gen. perf.: εἰρημένοιν: or. VII 88a; 105, 19.

Exstant in paraphrasibus[1]) hae formae:
gen. subst. masc. gen.: δακτύλοιν: φυσ. ἀκρ. VII 5; 207, 26.
dat. subst. masc. gen.: λόγοιν: φυσ. ἀκρ. I 2; 6, 19.
gen. adi. neutr. gen.: ἀτόποιν: φυσ. ἀκρ. III 3; 77, 8.

Apud **Iulianum** reperimus tria exempla:
gen. subst. masc. gen.: ἀνθρώποιν: fr. ep. 292 B; I 376, 3.
dat. subst. masc. gen.: θεοῖν: or. VII 217 A; I 281, 12.
gen. part. neutr. gen. perf.: εἰρημένοιν: or. VII 220 D; I 286, 2.

Himerius semel tantum praebet:
gen. adi. neutr. gen.: ἀγαθοῖν: or. VI 2; 59, 26.

---

[1]) Hi loci, quibus formae in —οιν (dat. χρόνοιν, ἐλαχίστοιν) deprehenduntur, ex Aristotele (usus sum ed. Acad. Reg. Bor.) deprompta esse apparet e similitudine:

Them. φυσ. ἀκρ. VI 3; 191, 3 sq. = Arist. φυσ. ἀκρ. VI 234a, 35.
VI 8; 198, 16 sq. = VI 239a, 16 sq.

3. Iam pergamus ad **dualem III. decl.**, quem saepe adhibent scriptores Attici, sequentibus temporibus Plutarchus, Dio Chrysostomus, Aristides, Aelianus, Philostratus Minor.

Permulta exempla **nom. acc. (in —ε)** apud **Libanium** exstant:

nom. subst. masc. gen.: ἄνδρε: or. XLI 14; III 301, 9 F.
προαγῶνε vel προάγωνε: ep. 286, 25.
ῥήτορε: ep. 662, 2.
neutr. gen.[1]): ὀνόματε: or. XXV 1; II 538, 2 F.

acc. subst. masc. gen.:
ἄνδρε: or. XXXIX 15; III 273, 4 F. LXIII 25; IV 397, 8 F.
παῖδε: or. I. 245; I 189, 14 F. decl. XLVII 10; VII 588, 2 F. ep. 127, 20. 934, 3. 1386, 8.
πόδε: or. XXV 44; II 558, 12 F. LXIV 104; IV 488, 9 F. LXIV 117; IV 496, 18 F. decl. XXVII 6; VI 554, 8 F. XXXII 7; VII 45, 6 F. IV 932, 7 R. ep. 1074, 2. 1080, 9. 1506, 2.
fem. gen.:
χεῖρε: or. I 201; I 174, 1 F. XXVII 28; III 36, 7 F. XXXI 12; III 131, 3 F. LVIII 16; IV 189, 9 F. LXIV 92; IV 480, 8 F. decl. I 87; V 62, 12 F. V 58; V 338, 8 F. XXIII 72; VI 421, 7 F. XXVI 42; VI 537, 13 F. XXXVI 31; VII 221, 5 F. IV 879, 8 R. 1099, 4 R.
neutr. gen.: γόνατε: IV 1099, 4 R.
ὦτε: IV 1071, 17 R.

nom. adi. masc. gen.: ἐπιστήμονε: ep. 1496, 5

nom. part. masc. gen. praes.:
ἐρίζοντε: ep. 1286, 16.
ὁμογνωμονοῦντε: ep. 1286, 17.
παρόντε: or. I 25; I 94, 21 F.
aor. I:
δείξαντε: ep. 1496, 5.
aor. II: πληγέντε: or. XXXIV 7; III 195, 3 F.
perf.: διατετριφότε; or. XLI 14; III 301, 11 F.

acc. part. masc. gen. praes.:
ἄρχοντε: or. XLVI 13; III 385, 7 F.
ἐρῶντε: ep. 934, 3.
κοσμοῦντε: ep. 934, 3.
μέλλοντε[2]): ep. 1523, 14.

---

[1]) Verba in or. XXV 17; II 545, 10 F, ubi legimus formam ὄσσε, libata sunt ex Il. A. 104.

[2]) De hoc participio vide pag. 7 adn. 2.

πίνοντε: or. XLVI 13; III 385, 7 F.

fut. I: δόξοντε: ep. 188, 12.

aor. II: συμπεσόντε: or. XXXII 23; III 159, 8 F.

aor. I pass.: διαλυθέντε: or. XXXII 23; III 159, 9 F.

In orationibus[1]) **Themisti** hae formae in —ε nobis occurrunt:

nom.[2]) subst. masc. gen.:

γεννήτορε: or. IV 59a; 70, 14.
παῖδε: or. VI 76b; 91, 5.
πατέρε: or. XXI 244c; 297, 18.

acc.[2]) subst. masc. gen.:

ἄνδρε: or. XXIII 290a; 350, 28.
αὐτοκράτορε: or. XIII 179c; 220, 17.
δράκοντε: or. XIII 169d; 208, 19.
Νέστορε: or. XIII 173a; 212, 6.
παῖδε: or. XXVII 338a; 407, 21.
πόδε: or. XVII 216c; 263, 20. XXVI 316b; 381, 28.

fem. gen:

χεῖρε: or. II 26b; 30, 15. II 37b; 44, 24. IX 121c; 145, 13. X 138a; 164, 21. XV 191b; 235, 6. XVI 210a; 255, 22. XVII 216c; 263, 20. XVIII 224b; 273, 12.

nom. part. masc. gen. praes.:

ἀναστέλλοντε: or. XIII 179c; 220, 18.
ἀποδεικνύντε: or. XXI 246c; 300, 2.
βαίνοντε: or. XV 197a; 241, 18.
διδόντε: or. XIII 179d; 220, 25.
ὄντε: or. XIII 177d; 218, 7. XXII 278d; 337, 27.
ὁπλοφοροῦντε: or. XIII 179d; 220, 24.
περιαθροῦντε: or. XV 195a; 239, 8.
περισκοποῦντε: or. XV 195a; 239, 7.
πονοῦντε: or. XIII 179d; 220, 24.
φρονοῦντε: or. XV 197a; 241, 18.

aor. II: παρασχόντε: or. XIII 179d; 220, 20.

perf.: διεστῶτε: or. VII 85c; 102, 16.

---

1) In paraphrasibus vitat dualem in —ε cadentem exceptis duobus locis, quorum alterum ex Il. A 104 (ὄσσε: π. ψυχ. I, 1; 7, 6), alterum e Plat. Tim. 69d (ἄφρονε: π. ψυχ. III, 5; 106, 21) hausit.

2) Duobus locis ex Homero depromptis scriptum videmus dualem ὄσσε, atque nom. or. VIII 111c; 133, 11 (conf. Il. A 103) et acc. or. VIII 117a; 139, 14 (conf. Il. N 3).

Apud **Iulianum** dualis subst. nom. acc. III. decl. decies, part. semel deprehenditur, cum in operibus Platonis, cuius sermonem Iulianus magnopere imitatur[1]), usus dualis part. longe superet usum dualis subst et adi. (inter 130 formas exstant 78 part., 27 subst. et adi.[2])):

Haec sunt exempla:

nom. subst. masc. gen.:

Αἴαντε: or. II 67 A; I 85, 22.

ἄνδρε: or. VII 214 A; I 277, 13. conv. 318 C; I 409, 7.

πατέρε: ep. ad Ath. 270 C; I 348, 27.

neutr. gen.: στρατεύματε: or. II 76 D; I 98, 8.

acc. subst. masc. gen.: υἱέε: or. II 82 B; I 105, 13.

fem. gen.: χεῖρε: or. III 103 D; I 133, 6. conv. 415 A; 404, 25. mis. 363 C; II 469, 12.

Hic est proferenda forma dualis inusitata πειθώ (or. III 114 C; I 147, 1), quam Iulianus derivavit a subst. III. decl. πειθώ secutus usum grammaticorum: scriptores Attici et inscriptiones vitant pluralem et dualem nominum III. decl. in— ως et —ω[3]).

nom. part. masc. gen. aor.: κριθέντε: or. I 7 A; I 8, 3.

Ab **Himerio** dualis in —ε alienus est.

Iam enumeremus **formas duales gen. dat. III. decl. (in — οιν).** Plena substantivorum sunt scripta **Libani,** e quibus haec exempla affero:

gen. subst. masc. gen.:

ἀνδροῖν: or. XIV 35; II 100, 7 F. XLVII 24; III 416, 2 F. ep. 318, 25. 1248, 3.

βασιλέοιν: or. I 145; I 152, 18 F. XII 29; II 18, 15 F. XVIII 67; II 265, 11 F. XXIV 14; II 520, 12 F. LIX 53; IV 235, 2 F. ep. 1143, 9. 1541, 10.

γονέοιν: ep. 1073, 23.

ἐρώτοιν: decl. XXXII 46; VII 68, 8 F.

μηνοῖν: or. LVII 33; IV 163, 12 F. ep. 812, 5.

παίδοιν: or. LIII 8; IV 58, 14 F. LIX 72; IV 244, 5 F. ep. 697, 1. 1352, 15.

---

[1]) Vide Brambs, Studien zu den Werken Julians des Apostaten I. Teil p. 1, Eichstätt 1897.

[2]) Vide Roeper, l. c. pag. 11.

[3]) Vide Kuehner Gr. Gramm. I 1. p. 454 adn. 1.

ποδοῖν: or. V 52; I 320, 7 F. XLVI 18; III 387, 23 F[1]). IV 1089, 21 R. 1090, 26. 1119, 3. ep. 1050, 22. 1074, 20. 28. 1119, 12.
τοκέοιν: or. XLII 11; III 312, 24 F.
υἱέοιν: ep. 987, 10. 1363, 1.

fem. gen.:

γυναικοῖν: ep· 114, 14.
ἐπιδειξέοιν: or. LV 3; IV 111, 13 F.
πολέοιν[2]): or. XI 203; I 507, 3 F. XVIII 46; II 256, 11 F. XVIII 244; II 342, 18 F. XVIII 245; II 343, 5 F. XXXIII 24; III 178, 4 F.
χεροῖν: IV 860, 14 R. 1090, 18. 1118, 10. ep. 42, 32.

neutr. gen.:

γενοῖν: decl. V 54; V 335, 12 F.
ὀνομάτοιν: or. XXV 2; II 539, 4 F.
ῥημάτοιν: ep. 585 b, 16.

dat. subst. masc. gen.:

ἀνδροῖν: or. XIV 33; II 99, 17 F. ep. 332, 7.
βασιλέοιν: ep. 1107, 19. 1326, 5.
ποδοῖν: or. LXIV 20; IV 433, 3 F. ep. 362, 20.
υἱέοιν: or. XXXIX 21; III 275, 8 F.

fem. gen.:

χεροῖν: or. I 8; I 84, 18 F. I 129; I 145, 12 F. I 230; I 184, 5 F. I 283; I 205, 16 F. VI 16; I 359, 9 F. XVIII 72; II 267, 17 F. XVIII 120; II 286, 21 F. LVII 42; IV 167, 13 F. LXII 17; IV 354, 18 F. decl. V 50; V 333, 1 F.

---

[1]) De hoc loco vide Salzmann l. c. pag. 52.

[2]) Foerster posuit dualem πόλεων, quem recentiores tantum codices praebent: or. XVIII codd. C (πόλεωιν) B P (πόλεων, sed ι subscr. m[3]) I M B Mo, or. XXIII cod. P (πόλεων, sed ω in ras m[3]). In ceteris codicibus legimus aut πόλεων (U I Ca or. XI, C Mo I U or. XVIII, C I or. XXIII) aut πόλεοιν et πολέοιν (B Mo or. XI, A V B Mo La I U or. XVIII, A B or. XXIII). Pluralis πόλεων reiciendus est propter appositum dualem articuli (τοῖν). De terminatione duali nominum in —ις, —εως velim conferas ea, quae dicunt Kuehner (Griech. Gramm. I 1 § 126 adn. 6: „Die vermeintliche Dualform auf —εων ist nach dem Gen. Sing. auf —εως gebildet, kommt aber weder bei den alten Schriftstellern, noch auf den Inschriften vor") et Meisterhans (l. c. pag. 108: „Der Genetiv und Dativ Dualis zeigt —εοιν (nicht εων): πολέοιν: 394 v. Chr."). Itaque Libanianis quoque locis praeferemus formam Atticam πολέοιν, quamquam grammatici dualem πόλεων protulerunt (cf. Herwerden, Mus. Rhen. LIX p. 344. LX 107).

XV 44; VI 141, 16 F. XXI 9; VI 323, 7 F. XXVI 9; VI 516, 15 F. XXXIII 5; VII 81, 9 F. XLI 37; VII 388, 3 F. XLVIII 51; VII 630, 13 F. L 12; VII 708, 5 F. IV 929, 13 R. 1049, 18. 1068, 15. 1088, 14. 1089, 4. ep. 220, 12. 371. 13. 372, 22. 650, 1. 1272, 4. 1428, 6. 1504, 5. 1544, 4.

neutr. gen.: σκελοῖν: IV 1057, 24 R.

gen. adi. masc. gen.:

ἀριστέοιν: decl. XLVIII 71; VII 637, 19 F.

Παιόνοιν: or. XIX 15; II 391, 5 F.

gen. part. masc. gen. praes.:

δικαζόντοιν: or. XXI 7; II 453, 8 F.

ὄντοιν: ep. 843, 4.

aor. II: παρελθόντοιν: or. XXIV 10; II 518, 17 F.

neutr. gen. praes.: ὄντοιν: or. V 30; I 313, 13 F.

Themistius usurpat has formas:

in orationibus:

gen. subst. masc. gen.:

Αἰάντοιν: or. XXX 348 d; 421, 17.

ἀνδροῖν: or. XXII 271 b; 330, 8. XXXIV 40; 456, 4.

βασιλέοιν: or. XIII 177 c; 217, 26.

fem gen.:

πολέοιν: or. XVIII 223 b; 272, 8.

χεροῖν: or. XIII 177 a; 217, 10. XVI 209 a; 254, 24.

neutr. gen.: μεροῖν: or. X 131 a; 156, 20.

dat. subst. fem. gen.:

χεροῖν: or. IV 50 d; 61, 14. XXII 381 c; 341, 7. XXVIII 343 b; 414, 17.

gen. adi. masc. gen.: ξυγγενοῖν: or. XIII 177 c; 217, 26.

gen. part. masc. gen. praes.: ἀρχόντοιν: or. VII 92 c; 110, 16.

aor. II: εἰσελθόντοιν: or. VIII 106 a; 126, 32.

neutr. gen. praes.: ὄντοιν: or. III 41 b; 50, 3. VII 88 a; 105, 19.

in paraphrasibus:

gen. subst. masc. gen.: γονέοιν: φυσ. ἀκρ. I 2; 2, 20.

neutr. gen.: λημμάτοιν: φυσ. ἀκρ. II 5; 50, 27.

dat. subst. fem. gen.: χεροῖν: ἀν. ὑστ. I 1; 4, 5.

gen. part. neutr. gen. praes.: ὄντοιν: ἀν. ὑστ. I 10; 23, 1.

Iuliani opera offerunt quinque exempla:

gen. subst. masc. gen.: ἀγώνοιν: ep. ad Ath. 280 C; I 361, 11.
ἀνδροῖν: or. III 111 B: I 142, 18.
fem. gen.: χεροῖν: or. II 49 C; I 62, 5.
neutr. gen.: ὀνομάτοιν: or. VI 188 B; I 243, 22.
dat. subst. fem. gen.: χεροῖν: or. VII 206 D; I 267, 21.

Apud **Himerium** duas formas deprehendimus:

dat. subst. masc. gen.: δαιμόνοιν: or. XXI 10; 89, 5.
fem. gen.: χεροῖν: or. XXII 7; 90, 40.

4. Restat ut breviter exponamus, quatenus sophistae sequantur usum Atticum formarum dualium I., II., III. decl. . Atque haec tabula indicat numerum formarum, quae occurrunt apud singulos scriptores. Comparandi causa adiecimus numeros formarum, quas praebent nonnulli auctores linguam Atticam imitantes[1]).

Nomina auctorum	Formae in																	
	α			αιν			ω			οιν II. decl.			ε			οιν II decl.		
	subst.	adi.	part.	subst.	adi.	part.	subst.	adi.	part.	subst.	adi.	part.	subst.	adi.	part.	subst.	adi.	part.
Thucydides....	—	—	—	4	5	—	3	1	—	3	2	—	3	—	2	7	—	1
Xenophon.....	5	—	—	6	1	—	16	12	14	7	2	—	25	2	15	13	—	1
oratores Attici.	—	—	—	16	—	2	11	4	—	44	8	6	9	1	1	32	—	10
Plato	11	2	2	16	2	4	47	76	31	15	16	4	24	3	78	22	—	12
Dionys. Halic. .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	6	—	—	—	—	—
Dio Chrysost. ..	—	—	—	—	—	—	3	3	3	3	—	1	3	—	2	4	—	—
Lucianus	1	—	—	1	—	—	14	11	2	11	5	2	20	—	7	27	—	3
Libanius	3	—	—	13	2	1	17	34	6	42	16	2	34	1	14	83	2	4
Themistius or.	1	—	—	2	—	—	11	6	4	9	7	1	18	—	13	11	1	4
Themistius par.	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	1	—	—	—	—	3	—	1
Iulianus	1	—	—	4	—	—	3	3	2	2	—	1	9	—	1	5	—	—
Himerius	—	—	—	—	—	—	1	1	1	—	1	—	—	—	—	2	—	—

Unde cognoscimus numerum formarum dualium I. decl. pariter atque apud Atticos minimum esse. Sed aliter res se habet in dualis usu II. III. decl.; nam cum apud Atticos numerus formarum

[1]) Singulos numeros hausimus e commentationibus in prooemio memoratis.

in —ω et —οιν (II. decl.) numerum formarum in —ε et —οιν (III. decl.) vel superet (apud oratores Atticos et Platonem) vel paene adaequet (apud Xenophontem), sophistae aliquanto saepius dualem III. decl. adhibent, si excipis Himerium. Themistius in paraphrasibus consulto vestigia Aristotelis premit, ut non sit mirandum, quod paucis tantum locis duali nominum utitur.

Sed haec hactenus.

B. De duali articuli.

Quaerendum est utrum deprehendamus communem formam omnium generum (τώ, τοῖν) an cum nominibus fem. gen. propria forma (τά, ταῖν) coniungatur.

Iam enumeremus formas duales articuli, quas praebent opera sophistarum.

1. **Libanius** coniungit cum nom. acc. omnium generum semper formam communem τώ, atque cum:

nom. masc. gen.: or. I 38; I 102, 14 F. I 170; I 162, 18 F. ep. 662, 2. 1286, 16. 17. 1337, 1.
neutr. gen.: or. I 143; I 152, 1 F. XXV 1; II 538, 2 F.
acc. masc. gen.: or. I 18; I 91, 4 F. I 272; I 199, 13 F. XIV 32; II 99, 10 F. XXV 44; II 558, 12 F. LXIII 25; IV 397, 8 F. LXIV 104; IV 488, 9 F. LXIV 117; IV 496, 18 F. decl. I 71; V 53, 13 F. XIX 16; VI 273, 10 F. XXVII 6; VI 554, 1. 8 F. XXXII 7; VII 45, 6 F. XXXII 16; VII 50, 10 F. XXXIII 27; VII 94, 4 F. LXIII 10; VII 588, 2 F. IV 932, 7 R. ep. 127, 20. 286, 1. 2. 423, 3. 968, 13. 1074, 2. 1080, 9. 1386, 8. 1506, 2. 1523, 15[1]).
neutr. gen.: IV 1071, 17 R. 1099, 4_2.

Τώ (acc.) apponit subst. fem. χεῖρε his locis[2]):
or. I 201; I 174, 1 F. XXVII 28; III 36, 7 F. XXXI 12; III 131, 3 F. LVIII 16; IV 189, 1 F. LXIV 92; IV 480, 8 F. decl. I 87; V 62, 12 F. V 58; V 338, 8 F. XXIII 72; VI 421, 7 F. XXVI 42; VI 537, 13 F. XXXVI 31; VII 221, 15 F. IV 879, 8 R. 1099, 4[3]).

[1]) Vide pag. 7 adn. 2.

[2]) De ep. 258, 41 cf. pag. 67 adn. 1.

[3]) Formam τά, quam hoc tantum loco praebet ed. Reiskiana, errato typographico ortam esse apertum est.

In gen. dat. et τοῖν et ταῖν scriptum videmus:
τοῖν repperimus coniunctum cum

gen. masc. gen.: or. I 12; I 87, 5. 6. 7 F. I 13; I 87, 13 F. I 16; I 90, 4 F. I 145; I 152, 18 F. I 199; I 173, 4 F. I 208; I 176, 12 F. I 245; I 189. 14 F. I 281; I 204, 11 F. V 52; I 320, 7 F. I 53; 320, 13 F. X 9; I 403, 24 F. XIV 35; II 100, 7 F. XIX 15; II 391, 5 F (bis). XX 25, II 433, 1 F. XXI 7; II 453, 7 F. XXIV 10; II 518, 16 F. XXIV 14; II 520, 12 F. XXVIII 6; III 50, 4 F. XXX 7: III 91, 5 F. XLII 11; III 312, 24 F. XLVI 18; III 387, 23 F. LIII 8; IV 58, 13 F. LVII 33; IV 163, 12 F. LIX 53; IV 235, 2 F. LIX 72; IV 244, 5 F. decl. XV 32; VI 134, 17 F. XXXII 16; VII 50, 3 F. XXXII 46; VII 68, 7 F. IV 1088, 21 R. 1089, 19. 21. 1090, 26. 1118, 2. ep. 148, 9. 318, 25. 534, 7. 564, 17. 697, 1. 711, 10. 749, 7. 938, 5. 29. 959, 3. 987, 10. 1050, 22. 1073, 23. 1074, 20. 28. 1080, 24. 1143, 9. 1248, 3. 1352, 14. 1363, 1. 1379, 11. 1541, 10.

neutr. gen.: or. I 93; I 129, 6 F. XI 203; I 507, 2 F. XVIII 247; II 343, 14 F. XXV 2; II 539, 4 F. XXVI 32; III 17, 16 F. LI 25; IV 18, 2 F. LIX 73; IV 244, 13 F. decl. V 54; V 335, 12 F. VI 21; V 387, 8 F. IV 1118, 31 R.

dat. masc. gen.: or. XIV 33; II 99, 17 F. XXXIX 21; III 275, 8 F. LXIV 20; IV 433, 3 F. ep. 79, 7. 332, 7. 362, 19. 1107, 19. 1292, 12. 1326, 5. 1362, 7.

neutr. gen.: or. XXXI 12; III 130, 13 F. IV 1057, 23 R. ep. 1074, 18.

Gen. dat. nom. fem. construit cum forma ταῖν:

gen.: or. I 1; I 79, 6 F. V 8; I 307, 11 F. XI 203; I 507, 3 F. XVIII 46, II 256, 11 F. XVIII 244; II 342, 18. XVIII 245; II 343, 5 F. IV 1068, 15 R. 1089, 4. 1090, 18. 1118, 10. ep. 42, 33.

dat.: or. I 129; I 145, 12 F. VI 16; I 359, 9 F. XVIII 120; II 286, 21 F. LXII 17; IV 354, 18 F. decl. XLVIII 51; VII 630, 13 F. L 12; VII 708, 5 F. IV 1049, 18 R. 1088, 14. ep. 1544, 4. Mél. Gr. p. 637, 57. 638, 64.

Bis codices partim τοῖν partim ταῖν coniunctum cum subst. fem. χεροῖν (dat.) praebent:

or. I 283; I 205, 16 F. IV 860, 14 R = t. VIII 70, 19F.

Cum Libanius gen. dat. χεροῖν semper apposuerit dualem usitatum ταῖν (or. I 129; I 145, 12 F. VI 16; I 359, 9 F. LXII 17; IV 354, 18 F. decl. XLVIII 51; VII 630, 13 F. L 12; VII 708, 5 F. IV 1049, 18 R; 1088, 14. 1090, 18. 1118, 10. ep. 42, 33. 1544, 4), his quoque locis recipiamus necesse est ταῖν sequentes codices B V: or. I 283; I 205, 16 F et Barberinum 240 Par. 2918: IV 860, 14 R = t. VIII 70, 19 F.

2. Atque eodem modo res se habet apud **Themistium.** Exstat τώ coniunctum

cum nomin. masc. neutr. gen.:

nom. masc. gen.: or. I 17c; 19, 24. IV 59a; 70, 14. V 63d; 76, 2. VI 76b; 91, 5. XIII 167c; 205, 24. XIII 177d; 218, 7. XIII 179c; 220, 17. 18. XXI 244c; 297, 18. XXII 267a; 325, 28.

acc.[1]) masc. gen.: or. VIII 117d; 140, 10. XI 152b; 180, 30. XIII 165d; 203, 14. XIII 169d; 208, 18. XIII 173a; 212, 6. XVII 216c; 263, 20. XX 240d; 295, 11. XXI 253d; 308, 28. XXIII 290a; 350, 28. XXVI 316b; 381, 27. XXVII 338a; 407, 21. XXVIII 342d; 414, 6.

neutr. gen.: or. VIII 117a; 139, 14.

cum nomin. fem. gen.:

acc.: or. II 26b; 30, 15. II 37b; 44, 24. IX 121c; 145, 13. X 138a; 164, 21. XV 191b; 235, 6. XVI 210a; 255, 22; XVII 216c; 263, 20. XVIII 224b; 273, 12.

Forma τοῖν (in gen. dat. masc. neutr. gen.) occurrit:

gen. masc. gen.: or. VII 89c; 107, 2. VII 92c; 110, 16. 17. VIII 106a; 126, 32. VIII 111d; 133, 24. XIII 172d; 211, 31. XIX 233c; 284, 6. XXII 265d; 324, 18. XXII 271b; 330, 8. XXII 280c; 339, 30. XXIV 309a; 372, 18. XXX 348d; 421, 17. XXXIV 40; 456, 3.

par. ἀν. ὕστ. I 16; 31, 14. φυσ. ἀκρ. I 1; 2, 20.

---

1) In par. π. ψυχ. I 5; 33, 13 praebet versus Empedoclis: formam τὼ δύο respondentem sequenti τέσσαρα ponendam esse pro τῶν δύο, quam legimus in ed. Heinziana, apertum est.

neutr. gen.: or. VII 88a; 105, 19. X 131a; 156, 20.
par. φυσ. ἀκρ. II 5; 50, 27. IV 5; 119, 11. IV 7; 127, 16. V 1; 166, 5. π. ψυχ. 85, 19 (bis). I 12; 123, 26.
dat. masc. gen.: or. II 29b; 34, 20.
par. φυσ. ἀκρ. I 2; 6, 19.

Ταῖν apponit nomin. fem. his locis:
gen.: or. XIII 177a; 217, 10. XVI 209a; 254, 24. XVIII 223b; 272, 8. XXII 277c; 336, 20. XXVII 332b; 400, 21.
par. ἀν. ὑστ. I 16; 30, 28.
dat.: or. IV 50d; 61, 14. XXII 381c; 341, 7. XXVIII 343b; 414, 17.
par. ἀν. ὑστ. I 1; 4, 5.

3. **Iulianus** coniungit cum nom. acc. nominum formam τώ: cum nomin. masc. neutr. gen.:
nom. masc. gen.: or. II 51C; I 65, 2. VII 214A; I 277, 13. ep. ad Ath. 269 B; I 347, 10. ep. ad Ath. 270 C; I 348, 27. conv. 318 C; I 409, 7.
neutr. gen.: or. II 76D; I 98, 8.
acc. masc. gen.: or. II 82B; I 105, 13. conv. 315 A: I 404, 23.
cum nom. fem. gen.:
nom.: or. III 103D; I 133, 6.
acc.: conv. 415 A; I 404, 25. mis. 363C; II 469, 12.

Forma τοῖν (in nomin. masc. neutr. gen.) exstat:
gen. masc. gen.: or. III 111B; I 142, 18.
neutr. gen.: or. VII 218C; I 283, 6. VII 220D; I 286, 2.
dat. masc. gen.: or. VII 217A; I 281, 12.

Ter construit formam ταῖν cum nomin. fem.:
gen.: or. II 49C; I 62, 5. mis. 350A; II 451, 15.
dat.: or. VII 206D; I 267, 21.

4. **Himeri** opera praebent modo formas τώ et τοῖν nomin. masc. appositas:
τώ nom.: or. XXI 10; 89, 7.
acc.: or. XIV 28; 77, 33.
τοῖν dat.: or. XXI 10; 89, 5.

5. Quibus e formis enumeratis cognoscimus sophistas abhorrere ab usu formae τά consentientes cum Atticis[1]) et cum scriptoribus, qui fuerunt saeculis sequentibus. At discrepant cum

---

[1]) Vide Bieber l. c. pag. 11—13; Roeper l. c. pag. 17.

auctoribus Atticis in forma τοῖν pro ταῖν usurpanda: apponunt enim Thucydides bis[1], oratores Attici ter decies[2], Plato decies[3] τοῖν nomin. fem., quem usum, quamquam auctores posteriores admittunt velut Aristoteles, Polybius, Plutarchus[4], Aelianus, tamen apud Libanium, Themistium, Iulianum nunquam reperimus. Cum Himerius nullo loco nominibus fem. gen. articulum apponat, cognosci non potest, utrum hos scriptores imitatus sit necne.

Iam agamus de formis dualibus pronominum.

C. De duali pronominum.

De pronominibus ἄμφω et ἀμφότερος disputabimus sequenti capite, quo dicemus de vocabulo δύο, ne quaestionem horum vocabulorum vi similium interrumpamus.

Accedamus ad dualem ceterorum pronominum.

1. **Libanius** vitat formas duales pron. pers., reflex., interrog. Inveniuntur haec exempla:

a. pron. poss. (pendentis e nomin. masc. gen.):
gen.: ἐμοῖν: or. I 12; I 87, 7 F. X 9; I 403, 24 F.

b. pron. demonstr. masc. neutr. gen.[5]):
nom. masc. gen.: τώδε: or. I 66; I 115, 8 F. ep. 374, 23. 1337, 1.
neutr. gen.: τούτω: or. XXV 1; II 538, 2 F.
gen masc. gen.: αὐτοῖν: or. XXXIX 21; III 275, 14 F. ep. 152, 1. 296, 9. 662, 4. 1326, 6. 1363, 3. 1403, 6. 1541, 12.
ἐκείνοιν: ep. 662, 6.
τούτοιν: or. I 1; I 79, 5 F. V 2; I 306, 2 F. III 35, 18 F. ep. 457, 6. 1248, 4. 1301, 4. 1317, 12.
neutr. gen.: ἐκείνοιν: or. I 117; I 139, 21 F. XLVIII 23; III 439, 19 F. XLVIII 24; III 440, 13 F.

---

1) Vide Hasse l. c. pag. 12.

2) Vide Keck l. c. pag. 27.

3) Vide Roeper l. c. pag. 17.

4) Vide H. Schmidt l. c. pagg. 5 sqq., 22, 34.

5) Pro duali ἑτέροιν (IV 974, 26 R) ponenda est forma ἑτέραν (scil. ὁδόν), quam praebent codd.

Pro duali fem. αὐταῖν (or. XVIII 244; II 342, 12 F), quae spectat ad pluralem antecedentem πόλεις, scribimus αὐτῶν cum codice Chisiano, praesertim cum Libanius terminationem dualem pron. fem. in —αιν vitet.

τούτοιν: or. XI 35; I 448, 9 F. XXVI 32; III 17, 16 F. XLIII 23; III 439, 21 F. LI 25; IV 18, 3 F. LIX 98; IV 257, 14 F. decl. XXXII 4; VII 43, 9. 13 F. ep. 242, 2. 770, 2.

dat. masc. gen.: αὐτοῖν: or. XIV 35; II 100, 9 F. ep. 164, 16. 1479, 7.

neutr. gen.: αὐτοῖν: or. I 201; I 174, 2 F.
τούτοιν: decl. XLIV 81; VII 521, 7 F.

acc. masc. gen.: αὐτώ: ep. 1362, 6.
ἐκείνω: or. I 116; I 139, 14 F.
τούτω: decl. I 71; V 53, 13 F.
τώδε: or. XIV 32; II 99, 10 F. LXIII 25; IV 397, 8 F.

neutr. gen.: τούτω: or. I 217; I 179, 14 F.

c. pron. relat. masc. neutr. gen.:
gen. masc. gen.: οἷν: or. I 3; I 81, 12 F.
dat. masc. gen.: οἷν: or. I 169: I 162, 15 F.
neutr. gen.: οἷν: ep. 771, 12.

d. pron. recipr. masc. gen.:
dat.: ἀλλήλοιν: or. I 66; I 115, 8 F. ep. 1540, 11.
acc.: ἀλλήλω: or. XVIII 17; II 244, 2 F.

e pron. indef. masc. gen.:
acc.: τινέ: or. I 85; I 125, 6 F.

2. Pergo ad **Themistium.** Deest dualis pron. relat., reflex., interrog., indefin.

Exstant hae formae:

a. pron. pers.:
gen.: σφῷν: or. XV 197a; 241, 21.
dat.: σφῷν: or. XV 187d; 231, 13. XV 195a; 239, 13.
